Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

martini accedit, tota ibi nocte
in oratione excubat. Illucescente
vero die a leupario urbis illius
episcopo invitatus ad esum ire non
abnuit, presertim ob suorum regem
fratrum. Moratusque eo die cum sup-
dicto pontifice. Qui cum hora refec-
tionis cum eo ad mensam resideret,
interrogatus cur retro ad patriam
remeare vellet, respondit: Canis me
theudericus a meis fratribus abdicavit.
Tunc unus e convivis chrodoaldus nomine
qui amitam theudeberti regis in con-
iugium habebat, regi tamen theude-
rico fidelis erat. Hic viro humiliter
respondit: si melius esset lac potare
quam absinthium. Cui vir dei cog-
nosce ait de regis theuderici fede-
ris iure suare. At ille fatetur
fedus se fidem promisse quam diu valeret
observaret. Si inquit regis theude-
rici iunctus es federis amico tuo
et domino letus eris a me legatus
directus. Hec ergo auribus eius
infer, et ipsum et suos liberos
intra triennii circulum funditus esse
deleturos, indicatusque eius stirpem
dominum eradicaturum. Cur inquit sup-
dictus vir talia famule dei promens?
At ille: Non enim queo silere que
michi loquenda dominus tradidit.
Quod in postmodum omnes gallie
nationes sensere impletum.
Confirmavitque superius ad ruga-
mundum sententiam illatam. Sub-
lato deinde prandio vir dei ad
scafam remeat, repperitque suos
sua tristicia depressos. Ingressus in-
venit preterita nocte que in sca-
fa habuisset furto perdidisse.

simulque aureos quos in pauperes
adhuc non erogaverat furto abla-
tos. Quo audito ad sepulchrum
beati confessoris remeat, questusque
se non ideo ad eius excubasse ex-
cubias, ut ille sua aut suorum
sineret dampna pati rerum. Nec
mora is qui sacellum cum aureis
furatus erat cepit inter flagella
corporis penas clamare et dicere
illo et illo in loco aureos occulta-
tos habere. Quod videntes socii omnes
currunt, furtoque sublata omnia
reddunt, virum dei precantur ut tanti
sceleris culpas ignoscat. Quod
miraculum omnibus terrorem incutit,
ut deinceps qui ista audierat
vel sancta omnia que ad virum dei
pertinebant attingere non auderent.
Prebens itaque necessaria leu-
parius episcopus virum dei valedicit.
Navali ergo itinere cunas usque
nannitense oppidum venit, ibi
aliquantis perimoratus est diebus.
Quo cum quadam die quidam egenus
ante fores cellule in qua vir dei
metatus erat clamaret, vocatum
ille ministrum, prebe inquit cibos alimo-
niam petenti. Non est nobis ait pa-
nis nisi paululum tantum farine. At
ille quantum inquit habes? Testatur
quod ille amplius se non habere quam
farine modium. Da ergo ait ipsum
totum, nec quicquam reserves in crasti-
num. Obediens minister totum simul
pauperi tribuit, nichil ad necessi-
tatem communem reservans. Jeiunantibus
illis tertia iam illuxerat nichil
penes se habentibus preter spei et fidei
granum. Unde fessis ieiunio membris